Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25938
Copyright: Admont, Benediktinerstift



cum

na possedit. nec potuit delere habitatores istis. cp. falcatis curribus habitabant. Dederunt caleph hebron sicut pcepat moyses. Qui deleuit exea tres filios enach. Jebuseum autem habitatorem terre istius non deleuerunt filii benyamin. habitauitq; iebuseus cum filiis benyamin interim usq; in presentem diem. Domus quoq; ioseph ascendit in bethel. fuitq; dominus cum eis. Nam cum obsiderent que prius luza uocabatur uiderunt hominem egredientem de ciuitate dixerunt; ad eum; Ostende nobis introitum ciuitatis. & faciemus tecum miam. Qui cum ostendisset eis percusserunt urbem in ore gladii. hominem autem illum. & omnem cognationem eius dimiserunt. Qui dimissis abiit interram ethim. & edificauit ibi ciuitatem. & uocauitq; eam luzam que usq; ap pellatur in presentem diem. Manasses quoq; non deleuit bethsan et thanach cum uicinis suis. & habitatores dor. & ieblaam. & mageddo cum uicinis suis. cepitq; chananeus habitare cum eis. Postquam autem confortatus est israel fecit eos tributarios. & delere noluit. Effraim etiam non interfecit chananeum qui habitabat in gazer. sed habitabat cum eo. Zabulon non deleuit habitatores cethron. & nalon. sed habitauit chananeus in medio eius. fesq; est ei tributarius. Aser quoq; non deleuit habitatores achon et sydonis. alab. & achazib. & amniu. et affech. & roob. habitauitq; in medio chananei habitatoris illius terre nec interfecit eum. Neptalim non deleuit habitatores bethsemes. & bethanath. & habitauit inter chananeum habitatorem terre. fueruntq; et bethsamite. et bethamite tributarii. Arctauitq; amorreus filios dan in monte nec dedit eis locum ut ad plantoia descenderent. habitauitq; in monte hares qd interpretatur desertio et in hailon. & salabim. Et aggrauata est manus domus ioseph. fesq; est ei tributarius. Fuit autem terminus amorrei ab ascensu scorpionis petra. & superiora loca.

Ascendit; angelus domini de galgal ad loca flentium. et ait. Eduxi uos de egypto et introduxi in terram pquam uobis uiris. & pollicitus sum ut non facerem irritum pactum meum uobiscum in sempiternum. ita dum tamen ut non feriretis fedus cum habitatoribus terre huius. et aras eorum subuertetis. & noluistis audire uocem meam. Cur hoc fecistis. Quam obrem nolui delere eos a facie uia ut habeatis hostes. & dii eorum sint uobis in ruinam. Cumq; loqueretur angelus domini. uerba hec ad omnes filios israel eleuauerunt uocem suam & fleuerunt. Et uocatum est nomen loci illius flentium siue lacrimarum. Immolauitq; ibi hostias domino. Dimisit ergo iosue populum. & abierunt filii israel unusquisq; in tabernaculum suum et in possessionem suam ut obtinerent eam. Seruierunt; domino cuncti die ac; iosue et senioribus qui longo post eum uixerunt qui nouerunt omnia opa domini maxima que fecerat israel. Mortuus autem iosue filius nun famulus domini. c. & x. annorum. et sepelierunt eum in finibus possessionis sue. in thamnath sare in mo

urbem

eius